Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28 Clausula sublata, tollit facultatem aliter judicandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

quem veneno, aliíſque pluribus caſibus, de quibus per gloſſ. *in cap. clericus, 46. diſt.* Felin. *in cap. 1. numer. 1. de homicid.* & idem Farinac. *ead. quæſt. 28. ſub. numer. 79* nec ſub nomine aſſaſſinij comprehendi poteſt,
27 † quia aſſaſſinij dicuntur, qui, vel ſub dominio alicujus exiſtentes domino ſerviunt, & eorum iuſſu occidunt, vel liberi, & nullius dominio ſubjecti pecunia, aut re aliqua, ſeu pecuniæ, alicujuſve rei promiſſione, idem faciunt, *cap. 1.* & ibi Doctor. *de homicid. in 6.* Gabriel. *conſ. 170. numer 6. vol. 1. &* optime Capic. *deciſ. 155. per tot.*

Minuſque ſub aliquo alio ſupradictiorum caſuum, qui huic caſui non conveniunt, & dictis ſeptem caſibus in eadem conſtitutione expreſſe comprehenſis, exceptis, in omnibus alijs delinquentes gaudent immunitate eccleſiarum, nec alij comprehendi poſſunt ex identitate, vel majoritate rationis, aut æquipollentibus caſibus, ut ſupra num. 15. nec contraria conſuetudo ſuffragari poteſt obſtante diſpoſitione ſac. Concilij Trident. *ſeſſ. 25 de reformat.* quo renovatur obſervantia immunitatis eccleſiaſticæ ſecundum formam canonum, & aliorum Conciliorum, ita quòd qualiſcunque conſuetudo contra immunitatem eccleſiaſticam fuit ſublata, & ſtante dicta Conſtitutione Gregorii Papæ XIIII. nec aliter poteſt interpretari, propter clauſulam, ſic per quoſcunque, ſublata, &c. ſupra num. 20, quæ tollit om-
28 nibus judicibus † facultatem aliter judicandi, vel interpretandi *cap. ſi eo tempore. de electíon. in 6.* Pariſ. *conſil. 38. numer. 4. & conſ 41. numer. 22. lib. 4.* Caſſad. *ſuper regul. deciſ. 12. num. 5. cum ſeq* & Gomeſ. *de anna poſſeſſ. quæſt. 4. num. 5.* & licet Romæ confugientes ad eccleſias non ſint tuti; ut teſtatur Farinac. *d. quæſt. 28. numer 74.* hoc procedit propter præſentiam Papæ, & illius ſcientiam, quæ pro licentia, & diſpenſatione habetur,

29 Gaudent etiam † immunitate eccleſiarum excommunicati ob aliquod crimen ad eccleſiam confugientes, & hæc eſt communis opinio, de qua per Boer. *deciſ.* 100. quàm ſequitur Covar. *lib. 2. variar.*
30 *reſolut. cap. 20. num. 11.* Et dubitatur, an Iudæi ad eccleſiam confugientes gaudeant eadem eccleſiaſtica immunitate, & licet plures doctores ſequentes gloſſ. *in cap. inter alia, in verbo, extrahendus, de immun. eccl.* quos citat, & ſequitur Hippol. *in l. unica nu. 114. C. de rapt. virg.* teneant quòd ſic, tamen contraria opinio, quòd Judæi non gaudeant dicta immunitate, ſed ab eccleſia abduci poſſint, de licentia tamen Epiſcopi, probat text. & ibi gl. *in l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confug.* d. glol. *in cap. inter alia,* & ibi Abb. *num. 6. de immunit. eccl.* & poſt alios, quos citat pro communi opinione, tenet. Covarruv. *eodem cap. 20. n 11. verſ. 13* ubi rationem adducit: non enim par eſt ab eccleſ. defendi eum, qui ejus gremio tutelæ, & fidei committere ſeipſum recuſat.

Primam autem opinionem ſuſtinentes loquuntur caſu, quo Judæus confugiat ad eccleſiam, & verè velit effici Chriſtianus, & non ficte, ut per d. gloſſ *in cap. inter alia, ubi etiam* Abb. *nu. 6.*

Sed, quando Judæus reatu aliquo, vel debitis fatigatus, fugit ad eccleſiam, & dicit, ſe effici velle Chriſtianum, præſumitur, quòd violenter hoc faciat in fraudem, nec probatio in contrarium recipi minuſque antea ſuſcipi debet, quam debita univerſa reddi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN